



**Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

13 Vtrum prælatus possit subditum suum ab administratione remouere.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

catum occultum publicare: publicaret autem si ei daret hostiam non consecratam, cum alijs socijs daret consecratam, ergo sacerdos non debet dare hostiam non consecratam peccatori occulto hoc petenti.

**T**z Prat. Hostia consecrata a sacerdote alicui fideliter porrecta, a circunstantibus adoratur. Si ergo exhibet hostiam non consecratam loco consecratae, quatum est in se, faciet populum idolatrare, quod est graue peccatum. nō ergo sacerdos debet peccatori occulto petenti dare hostiam nō consecratam.

**S**ED CONTRA est, quia sacerdos est medicus animalium, sapiens autem medicus vitat quantum potest, periculum infirmi quem accepit in cura: peccatori autem, cuius curam habet, imminet magnum periculum, si in conscientia mortalis peccati corpus Christi accipiat, quia qui maducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, ut dicitur 1. Cor. 11. ergo sacerdos bene facit, si eius periculum evitet, portrigens ei hostiam non consecratam.

**R**ESPON. Dicendum, quoniam non est aliqua fictione adiungenda, quia nulla est conuentio lucis ad tenebras, vt Apost. dicit 2. ad Cor. 6. & propter hoc August. probat in li. 83. q. q. corpus Christi non fuit phantasticum, quia veritas quae est Christus, nō potuit fallere: & ideo in sacramentis Ecclesie nihil est per fictionem agendum, & præcipue in sacramento altaris, in quo totus Christus continetur. Ester autem quædam fictio, si hostia non consecrata loco consecrata daretur: & cum etiam sacerdos quantum in se est, populo fieret idolatriæ occasio, q. quāmvis peccatum idolatriæ non incurret extimis, probabiliter hostiam esse consecratam, tamen sacerdos in hoc quod hostiam non consecratam populo exhibetur adorandam, idolatriæ crimen incurret. Vnde hoc in nullo casu est faciendum, ut hostia non consecrata exhibeat unius, vel pluribus tamquam consecrata. Debet ergo sacerdos peccatum occulatum primo quidem monere, ut penitentiam agat, & sic ad sacramentum accedat: q. si penitentia noluerit, debet ei occulte inhibere, ne alij comunicantibus in publico se immiscat, quod si se immiscuerit, debet ei dare hostiam consecratam.

Vnde prima duo concedimus.

**A**UD TERTIVM dicendum, q. stultus esset medicus, qui cum maiori suo periculo minus periculum infirmi ueller impedire, puta, si ueller ipse venenum bibere, ne infirmus biberet unum. Multo autem magis peccat sacerdos fictione faciens in sacramento Christi, q. peccator indigne sumis. Vnde stultus esset sacerdos si, ut uitaret peccatum subditum, ipse grauus peccaret, fictione faciens in sacramento veritatis.

**Q**VAES T O D I V I L .

**D**EIN DE circa sacramentum penitentia quæsita sunt duo.

**P**rimò, Vtrum prælatus debeat subditum suum ab administratione remouere, propter aliquid q. ab eo in confessione audiuit.

**S**ecundo, Vtrum in meliori statu moriatur ille qui moritur in via eundi ultra mare, quam ille qui moriatur in redeundo.

**A**RTICVLVS X I I I .

**V**erum prælatus possit subditum suum ab administratione remouere.

**C**IRCA primum sic proceditur. Vr. q. prælatus possit subditum suum ab administratione re-

A mouere propter aliquid, quod ab eo in confessione audiuit, quia quod institutum est pro charitate, contra charitatē nō militat: sed sigillum confessio-nis institutū est pro charitate, non ergo militat contra charitatem, ex qua tenetur prælatus salutem subdi-torum prouidere. Est autem quandoque contra salutem subditū, si ei administratio dimittatur, vixputa, si habeat occasionem recidiuandi in peccatum. ergo non obstante sigillo confessionis prælatus debet eum ab administratione removere.

**S**ED CONTRA est, quia nihil est factendum in pre-iudicium confessionis. Ester autem prædictum con-fessionis, si subditus ab administratione remoueret propter crimen qd suo prelato confessus est, quia per hoc alij retraherentur a confitendo, non ergo debet prælatus subditum ab administratione remo-vere propter peccatum quod ei confessus est.

**R**ESPON. Dicendum, quod id quod per confessionem auditur, nullo modo est manifestandum nec verbo, nec signo, nec nutu, nec etiam aliquid est faciendum, vnde in suspicionem peccati aliquis possit deuenire. Si ergo amorio subditus ab administratione possit inducere ad manifestandum peccatum in confessione auditum, vel ad aliquam probabilem suspicionem habendam de ipso, nullo modo prælatus debet subditum ab administratione remouere, puta, si in aliquo monasterio esset consuetum, q. priores non amouerent de suis prioribus nisi propter culpam, manifestaretur peccatum confi-tentis per remotionem ab administratione. Vnde si abbas hoc faceret, grauiter peccaret tamquam confessionem revelans. Posset tamen cum secreto charitati admoneare, vt cum instantia peteret confessionem, si hoc videret saluti eius expedire. Si vero per amotionem ab administratione peccatum nullatenus manifestaretur, puta, si in aliquo mona-sterio esset consuetum quod abbas pro suo libito de facili aliquos ab administratione remoueret, tunc alia occasione accepta possit subditum sibi confessum ab administratione removere, & debe-ret hoc facere, cni debita tamē cautela si talis admini-stratio esset subditu periculosa in posterum, q. quis etiam & in hoc casu melius esset, q. eu induceret ad confessionem perendam. Si vero periculum in posterum non timeretur, non oportet q. pro peccato preteritorum per poenitentia delecto eū ab administratione remouere, sicut etiā Aug. dicit in lib. de adulterinis coniugij. Cū adhuc deputamus adulteros, quos credimus poenitentia esse sanatos? Quandoq; enim poenitentes innocentibus meliores sunt.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

**A**RTICVLVS X I I I .

**V**trum melius moriatur cruce signatus, qui moritur in via eundi ultra mare, quam qui moritur redeundo.

**A**D SECUNDVM sic proceditur. Videlur quod melius moriatur cruce signatus qui in via eundi ultra mare moritur, quam ille qui moritur redeundo. Qui enim moritur in eundo quasi prosequendo votum suum, vt se exponat morti pro Christo, & ita moritur, tamquam martyris moritur: qui autem moritur redeundo, non moritur in proposito se exponendo pro Christo, & ita moritur quasi confessor: sed maior est status martyrum quam confessorum. ergo in meliori statu moriatur qui moritur in eundo, quam qui moriatur in redeundo.

**S**ED CONTRA. Qui moriſ in redeundo, iam consummavit votum suum: qui autem moriatur in eundo.

Quodlib. S. Tho. E 3 do,

Art. 38. & 4.  
diff. 20. q. 1.  
art. 2. q. 3.  
ad 4.